Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30288
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



GITVR.

Post corporeum.

DOMINICE

Natiuitatis ad uentum cum dns ihc xpc uera lux mundi mundanus illuxisset tenebris ambulans uxta mare galilee uidit duos fres symonem q uocatur Petrus y andream frem eius mittentes retia in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis. Venite post me faciam uos fieri piscatores hominum. At illi relictis retib secuti s

Et cum uenissent eum in partes cesaree philippi interrogauit discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis. At illi dixerunt. alii iohem baptistam. alii autem heliam. alii ieremiam aut unum ex prphis. Dicit illis. Vos autem quem me esse dicitis. Respondens symon Petrus dixit. Tu es xpc filius di uiui. Respondens autem ihc dixit illi. Beatus es symon bariona quia caro y sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis. Et ego dico tibi quia tues Petrus y super hanc petram edificabo ecclam meam. Et porte inferi non pualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celoy. Et qcuq; ligaueris super terram erit ligatum in celis. Et qcumq; solueris super terram erit solutum in celis.

Sciens autem dns ihc quia omnia dedit ei pater in manus y quia a do exiuit y ad dm uadit surgit a cena y ponit uestimenta sua. Et cum accepisset linteum precinxit se. Deinde mittit aquam in pelum cepit lauare pedes discipuloy y tergere linteo quo erat precinctus. Venit autem ad symonem Petrum y dicit ei. Dne tu mi lauas pedes. Respondens ihc y dixit ei. Qd facio ego tu nescis mi scies autem postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mi pedes in eternum. Respondit ihc. Si non lauero te non habebis partem mecum. Dicit ei symon Petrus. Dne non solum pedes sed y manus y caput. Dicit ei ihc. Qui lotus est non indiget ut iterum lauetur sed est mundus totus.

POST RESVRRECTIONEM autem dixit ihc Petro. Symon iohis diligis me. Dicit ei. Etiam dne tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oueculas meas. Iterum dicit ei. Symon iohis diligis me. Dicit ei. Etiam dne tu scis qa amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Symon iohis diligis me. Contristatus est Petrus qa dixit ei tertio diligis me. y dixit ei. Dne omia tu scis tu nosti qa amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi cum esses iunior cingebas te y ambulabas ubi uolebas. Cum autem senueris extendes manus tuas. y alius te cinget y ducet quo tu non uis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset dm.

POST QVAM autem dns ihc assumptus est in celum Petrus y Iohnes ascendebant in tem plum ad horam orationis nonam. Et quidam uir qui fuit claudus ex utero matris suae baiolabatur. Quem contidie ponebant ad portam templi quae dicitur speciosa ut peteret elemosinam ab intrantibus in tem plum. Is cum uidisset Petrum y Iohnem incipientes intrare in templum rogauit ut elemosinam acciperet. Intuens autem in eum Petrus dixit. Respice in nos. At ille intendit in eos sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit argentum y aurum non est mi. qd autem habeo hoc tibi do. In nomine ihu xpi nazareni surge y ambula. Apprehensa eius manu dextera alleuauit eum y protinus consolidate sunt bases eius y plante. Et exiliens stetit y ambulauit. Et intrauit cum illis ambulans y exiliens y laudans dm. Annoy autem erat amplius quam quadraginta.

AVGEBATVR autem fides credentium y numerus in cho multitudo uiroy y mulierum ita ut i plateis infirmos deicerent posuissentq; in lectulis y grabatis ut ueniente Petro saltem umbra illius obumbraret quequam illoy. Cucurrit autem multitudo uicinarum ciuitatum hierlim deportantes infirmos uexatos de spitib inmundis qui